Octo Marcarum annui reditus in villa Leschwitz cum jure Patronatus resignantur

tate sua, Octo Marcarum annuos redi-
tus, quos in villa Leschwitz districtus
Gorlicensis obtinebat et pluribus annis
retro actis possedit, una cum jure Pa-
tronatus Ecclesiae parochialis villae
ejusdem, quod similiter competebat
eidem. Nobis et ad manus nostras li-
bere resignavit. Cumque perceperimus
quod reditus Hospitalis infirmorum
ibidem in Gorlitz adeo sint debiles et
tenues, quod pauperes in eodem degen-
tes subsidio et juvamine ac Eleemosina-

XII

devotorum indigere non modi-
cum videantur, Nos quoque in eisdem pau-
peribus et infirmibus cupientes nobis
thesauros thesaurizare coelestes, ipsi Ho-
spitali ac infirmis qui pro tempore in eo-
dem deguerint, quatuor Marcarum
reditus annuos jure proprietatis, et ali-
os reditus quatuor marcarum annuos,
quos in dicta villa Leschwitz ex resigna-
tione dicti Ullmanni, una cum jure pa-
tronatus Ecclesiae ante dictae habemus,
Communitati Civium Civitatis Gorlicen-
sis praefata de Munificentia Regia
liberaliter conferimus pro hospitale et

et de his 4 marcarum reditus donantur Hospitali jure proprietatis. Reliqui vero reditus 4 marcarum cum jure patronatus donantur Civitati.